

PROCANCELLARIVS  
D. IOHANNES FLORENS  
RIVINVS

COD. P.P. CANON. MARTISBURGENS. CAPITVLI  
WVRGENS. DECANVS, ACAD. DECEMVIR ET  
FACVLT. IVRID. ASSESSOR

SOLEMNIA DOCTORALIA  
CANDIDATI DIGNISSIMI  
CHRISTIANI AVGVSTI MENII  
INDICIT.

*de familia regundari*

Diss. jur. civ.

22,12

PROCANCELLARIUS

D. IOHANNES FLORENS

RIVINVS

COE. PR. CANON. MARTISBERGENS. CAPITULI  
WARCENS. DECANVS. AD. DEC. 1714. ET  
FACULT. JURIS. ABBAS.

SOLEMNIA DOCTORALIA

ACADEMIAE DIGNISSIMI

CHRISTIANI AVGVSTI MENII

INDICE



Caroli V. Imperatoris nunc tenens, exem-  
plo. Capitulum. N. X. Capitulum. N. X.  
N. X. Capitulum. N. X. Capitulum. N. X.  
N. X. Capitulum. N. X. Capitulum. N. X.

**I**nsatiabilis illa mortalium, cum ambitio-  
ne ut plurimum coniuncta cupiditas,  
efficit, ut paucissimi forte sua contenti  
vivant. Potius, quo quisque dignita-  
te aut potentia maior, eo maiore affe-  
ctu incenditur, maiora indies appetendi. Inde  
magistratus inferiores, quibus ex munificentia prin-  
cipis tanquam fonte omnis iurisdictionis istius ex-  
ercitium indultum, pro amplianda mirum in mo-  
dum sunt solliciti; non raro cum indignatione aliq-  
rum, saepius magnis sumtibus, vicinis praeiudi-  
cium inferre, variisque artibus ius aliquod, aut  
certe actus possessorios acquirere, aliorumque iu-  
ribus derogare, suprema ipsis lex est. Ipsi sum-  
mi imperantes quandoque limites territorii et di-

tionum

A 2

tionum

## IV

tionum suarum iure armorum non solum defendunt, sed et magis magisque proferre satagunt. Parta tueri boni principis est. Mouit hoc Imperatores Romano - Germanicos, semper augmentos inde salutandos, vt per capitulationes cum Statibus Imperii ineundas, sub auspicia imperii, de sollicitate custodiendis limitibus, ac recuperandis partibus auulsis fidem faciant. Idem inuictissimus Carolus VI. scepra Imperii nunc tenens, exemplo maiorum, *Capitul. Nouiss. S. X.* pollicitus, ita enim ibi: *Vielmehr aber uns auffß höchste be- arbeiten, und allen möglichen Fleiß und Ernst für- wenden, dasjenige so davon kommen, als ver- pfändete und verfallene Fürstenthum, Herrschaff- ten und Lande, auch confiscirte und ohnconfiscirte merkliche Güter, die zum Theil in anderer frem- der Nationen Hände ohngebührlicher Weise erwach- sen, zum förderlichsten wiederum dazu zu bringen, zuzueignen, und dabey bleiben zu lassen.* Pariter, illustres, qui Maioratus iure succedunt, antequam ad possessionem admittantur, solemnii iurisiuran- di religione sese obstringere tenentur, de confer- tiandis finibus bonorum Maioratus incorporato- rum, adiecta clausula cassatoria in casum contra- uentionis, qualis ordinatio Maioratus in illustri do- mo Promniziana a fundatore Episcopo Vratisla- uienese Balthasare, anno post millesimum quingen- tesimum sexagesimo primo statuta. Formulam iu- ramenti

IIIIOI

S. A.

ramenti

V

ramenti habet LVNIGIVS Reichs-*Archiv Parte  
spec. Cont. II. app. p. 62.* Nec inter mortales, qui  
priuatorum iure vtuntur, vlla ad rixas et arma  
procliuior controuersia illa est, quae de finibus  
agitatur, ita vt non modo quindecim lites, quot  
numerat DE MONTE *de finibus cap. XXIX.* sed  
innumerae excitari de eorum iure queant. Has vt  
praecideret primus terminorum Stator, maledi-  
ctos voluit, qui vicinorum terminos mouerent, aut  
coarctarent, *Deut. XXVII. 17.* Romana supersti-  
tio diis terminalibus illud negotii dedit, vt agros  
secernerent, teste DION. HALIC. *Ant. Rom. L. II.  
c. 76.* Solonis lex in XII. tabulas translata, vt certa  
perpetuaque confinium agrorum distinctio esset, et  
nulla de finibus controuersia inter vicinos mouere-  
tur, voluit certum aliquod spatium quinque nempe  
pedum medium relinqui, quod liberum semper es-  
set et commune, nec vsucapi posset. Lex Manilia  
cauebat, vt quoties de hoc spatio controuersia ori-  
retur, arbiter siue agrimensor eligeretur, qui fines re-  
geret, arteque sua terminaret, ideoque olim etiam  
Finitor appellabatur. Si de maiori spatio quaereba-  
tur, causa non finalis, sed proprietatis erat, et ex-  
emplo aliorum iudiciorum apud magistratum per-  
agebatur v. ANT. AVGVSTIN. *Emend. et opin. L. II.  
c. XI. circa fin. iung. L. 5. C. fin. reg.* Quem modum  
si hodie in circumscribendis limitibus agrorum Rei-  
ne dictis, ad amissim obseruaremus, varia incommoda

## VI

ratione domini aequae ac fructuum, et inanes lites, quae ut plurimum vix quantitatem vnius grossi attingunt, euitari possent. Singularia de terminis transgressis et euulsis PAPIANVS *libro Respons. Tit. XXXIIX.* collegit. Leges antiquissimae *Wifigothorum Lib. X. Tit. III.* antiquos terminos et limites sic stare iubent, sicut antiquitus constructi, nec aliqua patiuntur eos commotione diuelli; cum vero, qui studio peruertendi limites complanauerit, aut terminos fixos fuerit ausus euellere, si ingenuus, multa pecuniaria, si seruus, per singula signa L. flagellis afficiunt, cum quibus conspirant leges *Boioariorum Tit. XI. Cap. I. Longobardicae Lib. I. Tit. XXVI.* multam auerunt, seruumque alienum mortis periculo subdiderunt. Sed et in causis discernendorum finium, varia singularia obtinent. Liberior adiudicandi et condemnandi licentia officio iudicis tributa *L. 2. §. 1. π. fin. reg.* Potest iudex vni parti adiudicare locum de quo quaeritur, licet plures dominos habeat, quoniam magis fundo, quam personis adiudicati fines intelliguntur. *L. 4. §. 5. eod.* Beatitudo possessionis patrocinatur actori in actione negatoria, qui, si doceat se esse possessorem finium, qualitatem domini demonstrasse creditur. Testes, imprimis senes, etiam de auditu alieno admittuntur. Per virgulam diuinatorem limites, praesertim ex compromisso partium designari possunt. Antiqua monumenta, si successionum varietas

rietas

rietas determinationem non permutauerit j. *L. 2. C. fin. reg.* vt et librorum censualium autoritas per *L. 11. π. eod.* sequenda. Nec negligendae sunt literae inuestiturae, in his enim, quoties fines et qualitates pertinentiarum commemorantur, facit ius inter dominum et vasallum, ille tamen neque ad praestandam euictionem, neque, si fortasse subuasallus fines sibi ereptos et alienatos asserat, vt ipsi interueniendo assistat, cogi poterit. Ita nouissime *Ordo Noster* hoc mense ad interrogationem F. V. Sch. verius S. pronunciauit. Vti contra fines in literis inuestiturae nominati, in praecudicium tertii allegari nequeunt. Ex situ terrarum Landsassatus probatur. DE WERNHER. *P. IV. obs. 3.* Lite per probationem et reprobationem ad finem perducta, integrum adhuc est iudici ad ocularem inspectionem recurrere. In finali quaestione, non longi temporis, sed triginta tantummodo annorum praescriptio locum habet *L. 6. C. fin. reg.* Si is, qui finalem detulit quaestionem, lite pendente, et priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam vsurpat, non solum id, quod male petebat, amittit, sed et, qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum adimere tentauit, amittit, *L. 4. C. fin. reg.* Quam legem eadem fata premunt, quae alias leges poenales, quibus amissio iuris, propter priuata autoritate factam occupationem irrogatur, velut edicto D. Marci, quas non pauci in foro obsoletas

soletas

## VIII

foletas et e terris Saxonis prorsus eliminatas censent, cum tamen nulla earum expressa abrogatio extet, nec maior impune peccandi et vindictam priuatam exercendi, ciuibus nostris indulgenda sit licentia, ne hac ipsa impunitate in usum reuocetur antiquus ille lites finales compescendi modus per duellum, de quo *LL. Saxon. Tit. XVI.* An vero actio finium regundorum, vno libello contra plures reos, qui diuersa, sed vicina tamen nostro, possident praedia, sine ineptitudine institui et in iudicium deduci queat? anque *L. 25. §. 4. π. famil. erisc.* argumentum validum, et exceptionem a regula, quae diuersos reos, quibus diuersae exceptiones, quae per reprobationem deducendae, competunt, combinari non patitur, subministret? merito ambigo. Vti nec morem illum, quo in finium constitutione, pueris praesentibus pro conseruanda rei memoria alapae infliguntur, vel aures vellicantur cuiquam suaderem, nec ipsum ob reales has iniurias immunem ab omni poena pronunciarerem, licet vel maxime eundem stabilitum et comprobatum assereret per *Legem Ripuariorum LX.* quae ita se habet: vnicuique de paruulis alapas donet, et torqueat auriculas, vt ei in postmodum testimonium praebeant, vt rem gestam hoc signo inflicto memoria teneant. Quae lex non de finibus, sed de aliis traditionibus et testimoniis agit, conf. *Leg. Boioar. Tit. XV. c. 2.* Satius erit formam agrorum tabulis

lis



lis aeneis, vt moris apud Romanos fuisse, ex *L. 8. π. ad L. Iul. peculat.* probat IAC. CUIACIUS *obs. Lib. X. cap. 2.* inscribere, aut quotannis stato die solemni coetu, conuocatis vicinis, continuam limitum determinatorum renouare memoriam, quod ab instituto Numae apud DIONYS. *l. f. c.* quidam repetunt et in *Land. S. L. II. art. 50.* cautum.

Occasionem haec differendi praebuit

CLARISSIMVS  
DN. CHRISTIAN. AVGVSTVS  
MENIVS,

qui lucem primum adspexit Leucopetrae III. Nou. anno recup. salut. MDCCXIV. Patrem nactus Illustrem et Excellentissimum IOHANNEM GEORGIVM MENIVM, Hereditarium in Oberneffa, Serenissimo Duci Saxo Weissenfelsensi a consiliis intimis, et senatus ecclesiastici Ducatus Querfurtensis praesidem, cuius cineres tristis comprehendit vrna, memoria vero, vt apud alios, penes me, quem singulari perpetuo excepit fauore, iucunda ac honorata remanebit. Matrem superstitem adhuc veneratur CATHARINAM ELISABETHAM pietate et probitate spectatissimam, AVGVSTINI KOBERI, Mercatoris olim inter Lipsienses

B

psienes

## X

psiensis celeberrimi filiam. A teneris priuata institutione vsus, in illustre, quod WEISSENFELSAE floret Augusteum, quo fundamenta literarum quae ab humanitate nomen sortiuntur, attulit, receptus anno M DCC XXIX. Ibi in studiis elegantioribus, philosophicis et mathematicis imprimis, ex ore M. HENRICI ENGELHARDI POLEY ampliores fecit progressus, ita, vt exacto vix dum triennio, ad studia altiora contendens, Lipsiam M DCC XXXII. accesserit. In hac nostra Academia a Magnifico ac Summe reuerendo BOERNERO, summum in ea Magistratum, quo tum ornabatur, gerente, in numerum ciuium eius relatus, antequam ad Iurisprudentiam animum appelleret, praeunte GOTTSCHEDIO, Philosophiam hausit, artemque Rhetoricam magis excoluit. Fontes iuris eidem primus aperuit GEBAVERVS Antecessor nunc Goettingensis. Ad interiorem iuris scientiam se accingens, a fratre nostro amantissimo ANDREA FLORENTE RIVINO, Professore nunc Vitembergensi designato, Pandectas traditas accepit, sub cuius auspiciis quoque de thesibus iuris controuersi saepius disputauit. Iuris Germanici et patrii placita interprete CRAMERO audiuit, consuetudines autem feudales BAVERVS explicauit, quo duce etiam principia processus Saxonicum et iurisprudentiam pragmaticam addidit. Historiam Regnorum Europae FRANCKENSTEINIO,

NIO, Imperii autem, vna cum iuris publici disciplina, vt et dogmata iuris Canonici MASCOVIO debet. Inter omnes vero felicissimum studiorum suorum promotorem veneratur ILLVSTREM RECHENBERGIVM nostrum. Huius enim indulgentia factum esse, vt in conuictum et domesticam eius consuetudinem admissus, occasionem nancisceretur solidissima quaeque ex ore ipsius hauriendi, quin eo benevolentiae eiusdem processisse beneficia, vt studiorum eius quoque rationem habuerit, eadem consiliis grauissimis adiuuerit, tentaminibus subinde institutis explorauerit, et praecipis saluberrimis augere nunquam intermiserit, gratus depraedicat. Praesertim in Iure naturae et gentium, nec non Iure publico penitiora se ab eodem percepisse, et omnia dicturus, parentis loco eundem venerari profitetur. Vniuersum Iuris cursum in hac Alma emensus, sub finem anni MDCCXXXVI. in patriam reuersus, placita Iuris ad factum applicare coepit. Nunc Lipsiam repetiit ad summos in vtroque iure honores contendens. Petiit eosdem ab Ordine nostro, praestitisque cum applausu speciminibus solidioris scientiae, decretos obtinuit. Dies conferendis honoribus dictus VII. April, quos tamen praecedent Lectio ad *Tit. C. de fundis limitrophis* d. VI. eiusdem mensis hora a meridie II. ad III. habenda, nec non dissertatio inauguralis *de Finibus Territorii*, qua,

XII

horis consuetis defensa, iura et priuilegia Docto-  
ris consequetur a Viro Summe Reuerendo et Ex-  
cellentissimo. Dn. D. FRIDERICO ALEXANDRO  
KVNHOLDO Can. Numburg. Pand. Prof. Publ. et  
Facultat. nostr. Assessore, Collega Honoratissimo,  
cui, vt Procancellarius clementissime constitu-  
tus, promotoris partes communicauit. Vt ergo  
RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMI-  
TES ILLVSTRISSIMI, PROCERES VTRIVS-  
QVE REIPUBLICAE GRAVISSIMI honorifica  
sua praesentia, vna cum florentissima Generosiss.  
et Nobiliss. ciuium nostrorum corona, hanc Pane-  
gyrin concelebrent, eosdem omni qua par est ob-  
seruantia inuitatos cupio. P. P. Lipsiae Dom. Iu-  
dica A. S. R. MDCCXL.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

